

Xm. 87.



ERNESTVS PLATNERVS

VNIVERSITATIS LITTERARVM

LIPSIENSIS

H. T.

PRO CANCELLARIVS

PANEGYRIN MEDICAM

D. VII. FEBRUAR. MDCCC

IN AVDITORIO MAIORI

CONCELEBRANDAM

INDICIT

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS
VII. DE VENIA AETATIS OBSERVATIO.

ERNESTVS PLATNERVS

UNIVERSITATIS LITTERARVM

LIPSIIENSIS

PROGNAOSTICARIVS

PANDECTIN MEDICAM

IN VITIS ATATIS OBSERVATIO.

IN AVVTORIO MAIORI

CONCELEBRANDAM

LIPSIÆ

CVBATIONES MEDICINÆ FORXNIS
VII. DE VITIS ATATIS OBSERVATIO.



Puella quatuordecim annorum, parentibus nata humilibus et egenis, qui victum ei non poterant suppeditare, apud rusticum ancillae pecuariae ministerium facere cogebatur. Sed aetatis valetudinisque infirmitas non ferebat graue hoc laboris genus: proinde hera, quae in cura rei domesticae perdifficilis erat et iracunda, perpetuo et continenter in illam solebat increpare. A qua cum aliquando acrius obiurgaretur et castigaretur, propterea quod gramen, cuius quantum quoque die pro pecore bubulo necessarium erat, puella et defecare et vel humeris, vel curriculo manuali apportare debebat, non de idoneo loco promississet: vehementissimo dolore affecta est, quem tamen verbis non proferreret, sed tacita deuoraret. Recens ab hac animi perturbatione et consternatione assidit coenae. Inter coenandum subito ei in mentem venit horreum incendere. Rem confestim perficit. Vix coenata carbones candentes de foco culinae prehensos transfert in horreum, ibique impositos stramento, aspiratione iterata sufflat et fuscitat. Explicatur ignis: sed illa nihilominus in horreo commoratur. Extrusa foras ab hero ad flammae conspectum accurren-
 otiosa et immobilis assistit in cohorte, vsque dum, quod
 breui

breui contigit, incendium opprimitur: tum, non quaesita, suspiciose asseuerat, se extra culpam esse. Apud iudices tamen neque insidiando, neque excusando, factum studuit occultare; ad primam statim interrogationem libere et aperte confessa. Causam hanc vnam attulit: tam grauis laboris molestiam et assiduitatem: tamen, quid ab incendio leuaminis habitura fuisset, nec ipsa dicebat, nec iudices assequebantur. De herae seueritate plane reticuit, et nihil omnino ad se purgandam protulit. De vlciscendi cupiditate hactenus coarguebat se ipsa, quod profitebatur, si ad vicinorum domus ignis dimanasset, id euenturum fuisse praeter suam voluntatem, quoniam illorum nulla in se offensa extaret. Caeteroquin tantum aberat a suspitione malitiae, vt omnes indolem bonitatis et modestiae in rea laudarent; etiam herus et hera, quos in tantum fortunae periculum adduxisset.

Insaniae excusatio, in qua vulgus defensorum, pro sceleratissimis atque facinorosissimis hominibus, vix non semper perfugium quaerere solet, locum, ne cogitando quidem, poterat inuenire. Etenim rea nunquam visa erat vel tantillum desipere: ad quaestiones propositas parum respondebat, sed satis apte, nec in carcere quicquam stulte fecit.

Quae cum ita se haberent, defensor, vir peritus ac probus, causam ita instruxit, vt legem incendiariam huic iudicio negaret conuenire; quippe quae in illo termino quatuordecim annorum non aetatis, sed intelligentiae perfectionem absolutionemque respexisset. Iraque veniam aetatis pro puella exposcit; non precibus et lamentatione, sed argumentis: quorum hoc primum erat, quod, quamuis vel triginta diebus, egressa esset istum decimum quartum annum, tantum adhuc distaret a naturali maturitate rationis, vt nihil in illa non leuiter ac pueriliter, nihil non inepte et sine consilio, dictum

ctum et actum deprehenderetur. Atqui abhorreere aiebat ab aequitate et iustitia, legis verba sequi, non attendere sententiam: ergo venia aetatis ream non posse priuari, quae non sua culpa, sed naturae tarditate, ad mentis ac rationis robur nondum adoleuisset.

Ordo Ictorum Lipsiensis, apud quem causa agebatur, hac defensoris oratione permotus, interloquendo decreuit, vt rea medico publico iurato, quantum ad dubiam intelligentiae maturitatem, exploranda et obseruanda committeretur, qui deinde ad iudicem referret.

Cum in vniuersa corporis forma et statura, tum praecipue in partibus iis, quibus vel maxime virgo a puella internotatur, habitus omnino inerat nondum inchoatae pubertatis. Multo minus ad profuuium menstruum conatus aliquos natura moliebatur. Quantum ad animi statum, cum a medico tentaretur per colloquia: memoria quidem et idearum confessio, in responsionibus et narrationibus puellae, non desiderabatur: at manifesto deerat iudicii nimirum vis ac firmitas ea, sine qua nec rerum expetendarum et fugiendarum delectus haberi, nec legum aut naturalium, aut ciuilium intelligentia obseruantiaque locum inuenire potest.

Postremo res deducta est ad Nostrum Ordinem, cui haec quaestio ad diiudicandum proponeretur:

Ob, nach den in den Acten angezeigten Umständen, und besonders nach dem, was der verpflichtete Arzt (Bl. —) von dem körperlichen Zustande der in Untersuchung besangenen Clarin bezeugt hat, sich annehmen lasse, daß bey dieser Inquisitin kindische Einfalt und Unreife des Verstandes Statt finde?

Erant profecto nonnulla in vita et moribus reae, tum in primis in facinore ab illa commisso, quae iudicium incertum ac dubium reddere viderentur. Etenim iam tribus mensibus ante ad sacrae coenae communionem consecrata fuerat, in publica ecclesiae celebritate. Quod siquidem fieri non poterat, nisi probata religionis christianae cognitione: difficile erat non credere, quin ad rationis tempestiuitatem quandam iam peruenisset. Deinde hoc sane criminofum erat, quod, etiam sua confessione, vindicandi studio incendium parauerat. Sed quicquid hoc dubitationis esset, id omne praeponderabatur corporis immaturitate luculenta; cui tanto plustribuendum esse intelleximus, quod ad illam vel maxime respici iudices voluissent, eumque respectum etiam disertis verbis commendassent. Itaque ad illam quaestionem a nobis responsum est modo fere tali:

*Obwohl die in Untersuchung befangene Clarin 1) nicht allein dadurch, daß sie, bereits drey Monate vor der Begebenheit, nach vorher bestandener öffentlichen Prüfung, zur Communion angenommen worden (Bl. —), die Voraussetzung einer hinlänglichen Verstandesreife darbieten möchte; sondern auch in ihren vor Gericht erstatteten Aussagen nichts, was dieser Voraussetzung entgegen, vielmehr bey der von dem — — Amtspheycus mit ihr gehaltenen pflichtmäßigen Unterredung (Bl. —), gute Verstandesanlagen, an sich wahrnehmen lassen; 2) bereits das vierzehnte Jahr zurück gelegt und mithin dasjenige Alter erreicht hat, in welchem ein Mädchen, auch in gemäßigtern Himmelsstrichen, Mutter werden und zu solchen Arbeiten und Pflichten geschickt seyn kann, die einen gewissen Grad von Erfahrung und Ueberlegung erfordern und sich mit der Leichtsin-
nig.*

snmigkeit und Sorglosigkeit des kindischen Charakters nicht vertragen; 3) und vornehmlich, bey der ihr zu Schulden gekommenen That, nicht ohne Plan zu Werke gegangen, nach der Scheune einen verschloenen Weg genommen, (Art. — —); den ihr theils von dem Unmuth, theils von der Rachsucht eingegebenen Anschlag in der Stille ausgeführt, nahmentlich die Rachsucht, durch das Geständniß (Bl. —), daß sie, weil die andern Leute ihr nichts gethan hätten, nur die Scheune ihres Dienstbauers anzustecken gemeynt gewesen, nicht undeutlich verrathen; und in so fern das Feuer, nicht aus kindischem Unverstand und nicht ohne eine leidenschaftliche Beabsichtigung des zu erwartenden Erfolgs, angezündet; auch durch ihr sogleich zuvorkommendes, selbstanklagendes Leugnen (Bl. —) das Gefühl des Unrechts und der Strafwürdigkeit geäußert hat; und, in allen diesen Rücksichten, die der Clarin, von dem Vertheidiger, zugeschriebene kindische Einfalt entweder ohne Grund vorausgesetzt, oder doch allzusehr in Anschlag gebracht zu seyn scheint.

Dennoch aber, da 1) die gewöhnlichen Religions-Prüfungen, so wie der ihnen vorangehende Unterricht, mehr das Gedächtniß und den Empfindungsglauben, als den selbst urtheilenden und selbst handelnden Verstand, zum Augenmerke haben; in den Verhören der Clarin, neben einem, auch in Kindern wahrzunehmenden Gedanken-Zusammenhang, Mangel des practischen Nachdenkens, besonders über ihre Person und über ihren Zustand, nicht sowohl in dem, was sie gesprochen, als in dem, was sie nicht gesprochen, sichtbar hervorleuchtet; angesehen die Kürze und Simplicität, mit der sie, ohne anklagende Beschwerde, von den Lasten ihres Dienstes und, ohne selbstvertheidigende Beschönigung, von ihrem Entschlus und dessen Ausführung

führung (Bl. — — geredet), in einem vierzehnjährigen Mädchen, eben so wenig aus durchdachter Wahrheitsliebe, als die Abwesenheit aller moralischen Reue und das gänzliche Stillschweigen über die Gründe und Mittel ihrer Vertheidigung, aus Festigkeit des Charakters und selbstständiger Ergebung, hergeleitet, sondern nur allein aus kindischer Unerfahrenheit und Gedankenlosigkeit begriffen werden kann; wie denn auch die von dem verpflichteten Arzte ihr bezeugten Verstandes-Anlagen, mit nahmentlicher Ausnahme des Urtheilsvermögens, nur auf Gedächtnis- und Einbildungskraft eingeschränkt sind; im Gegentheil zu der Art der Verstandesreise, welche die Grenze zwischen Kindheit und Jugend bestimmt und das wesentliche Bedingniß der moralischen und juristischen Zurechnung ausmacht, nicht bloß Gedächtnis und Einbildungskraft, nebst der Fähigkeit einige Begriffe zu fassen; sondern diejenige practische Besonnenheit erforderlich ist, vermöge der der Mensch von seiner Existenz in einer physischen und moralischen Welt ein klares Bewußtseyn hat, in jener und dieser den Einfluß der äußerlichen Erfolge in seinen Zustand, und seiner Handlungen in die ihn umgebenden Dinge bedenkt, bey allem was geschieht und was er selbst thut, auf seine ganze Person und auf seinen allgemeinen Trieb nach Glückseligkeit hinsethet, insbesondere, sey es in einem undeutlichen Gefühl, oder in einer deutlichen Einsicht, die Verbindlichkeit moralischer und bürgerlicher Gesetze anerkennt, das, was denselben gemäß und zuwider ist, unterscheidet und zwischen dem Gesetzmäßigen und Gesetzwidrigen frey wählet: anstatt daß die Kinder, in allen jenen Betrachtungen das Gegentheil, nicht einer Welt, der sie angehören, sondern nur des kleinen Kreises der Dinge, der sie umgiebt, sich bewußt sind; eine moralische Welt
gar

gar nicht ahnden; bey der Fähigkeit allerley zu fassen und zu lernen, practisch, nichts im Ganzen übersehen, nichts mit weiterer Hinsicht auf die Folgen überlegen; keinen allgemeinen Zweck für Glückseligkeit überhaupt, sondern nur einzelne, auf den Willen des Augenblicks gerichtete Begehrenisse haben; immer nur durch physische, nie durch moralische Nöthigung bestimmt werden, ja kaum den physischen, vielweniger den moralischen Unterschied ihrer Handlungen bemerken; und, solchergestalt des vollständigen Einflusses der Vernunft noch beraubt, in allen ihren Willensäußerungen, besonders in den böartigen Affecten, des Verdrusses und Zornes, der Feindschaft und Rachgier, ganz als Thiere, oder doch als Geschöpfe, die an die Thierheit näher, als an die Menschheit, grenzen, zu betrachten sind, und daher auch nur durch Züchtigungen, welche die Besonnenheit wecken, gebessert, nicht aber mit eigentlich so genannten Strafen gerichtet zu werden pflegen: 2) abgesehen von der, in dem wegen des Feueranlegens 1742 ergangenen Mandat, angenommenen Voraussetzung: daß die zu dem moralischen Leben des Menschen, d. h. zur Auerkenntniß seiner Pflichten und zu der Zurechnungsfähigkeit seiner Handlungen nöthige Verstandesreife, mit der Vollendung des vierzehnten Jahres eintrete: die Clarin von dieser problematischen Naturregel auszunehmen, sehr erhebliche Gründe, nicht allein in den unter der vorigen Nummer angeführten, und noch anzuführenden Thatsachen, sondern auch in der physischen Unvollkommenheit dieses Mädchens und besonders in der Abwesenheit aller Merkmale der Geschlechtsentwicklung vorhanden sind: angesehen, nach den durch die medicinische Erfahrung bewährten Grundsätzen der Physiologie, zwischen Verstandes- und Geschlechtsreife

B

ein

ein solches Verhältniß besteht: daß das erste Gefühl der Mannbarkeit, (vor dessen Erregung die Seele des Kindes in lauter einzelnen Empfindungen und Begehrißsen herumirret), dem Triebe nach Glückseligkeit, in der nun erwachten Geschlechtsbegierde, den ersten allgemeinen Gesichtspunkt anweist, die erste Aufmerksamkeit auf Sitten, Meynungen und Gesetze, (als auf die der Natur entgegenstehenden Hindernisse), erweckt, die erste Wahrnehmung eines Zusammenhanges mit der moralischen und bürgerlichen Welt veranlaßt, endlich, indem heimliche Wünsche und Entwürfe den Witz und die List in Thätigkeit setzen, und so Hinsichten auf die Zukunft entstehen, die ersten Uebergänge von Ideen zu Zwecken, und von Zwecken zu Mitteln und Handlungen bahnet und sonach überhaupt dem practischen Verstande die erste Uebung darbietet: 3) anlangend die That selbst, die Schnelligkeit mit der, der ersten Empfindung des Unmuths, der auf die Absicht gar nicht passende Entschluß, und dem Entschlusse die Ausführung nachgefolgt; die gänzliche Vergessenheit aller zur Verheimlichung der Sache und zur Sicherstellung der selbsteigenen Person dienenden Maaßregeln und, für den Fall der Entdeckung, vorzubringenden Ausflüchte; ferner das gedankenlose Stehenbleiben bey dem aufbrennenden Feuer, in dem Augenblicke der unvermeidlichen Betreffung, mehr das Ansehen eines Kinderstreiches, als eines mit reifem Verstande begangenen Verbrechens giebt: gleichwie denn auch, in der dabey mitwirkend gewesenem Rachgier, der kindische Charakter nicht zu verkennen ist; der, zumal in dem verheimlichten Zorne, mit rüchenden Anschlägen sehr geschwind zu seyn pflegt und, indem er dem Beleidiger, welchem er sich offenbar nicht zu widersetzen vermag, in der Stille einen Poffen anzuthun bedacht und

und beschäftigt ist, die ernsthaften oder wohl gar traurigen Folgen der Handlung, so wenig als die selbsteigene Gefahr bedenkt: also allen den hier erörterten Grundsätzen und Umständen nach, das von der Clarin geschehene Feueranlegen, als die Aeußerung einer kindischen Boshaftigkeit und Verzweiflung über die von ihrer Dienstherrschaft ihr aufgelegten, die Kräfte nicht allein ihres Alters, sondern auch ihres schwächlichen Körpers allerdings weit übersteigenden Arbeiten, von denen sie auch bey ihren Eltern keine Befreyung hoffen konnte (Bl. —), betrachtet werden muß:

So urtheilen Wir

Es lasse sich, nach den in den Acten angezeigten Umständen, und besonders nach dem, was der verpflichtete Arzt (Bl. —) von dem körperlichen Zustande der in Untersuchung befangenen Clarin, bezeugt hat, allerdings annehmen, daß bey dieser Inquisitin kindische Einfalt und Unreife des Verstandes Statt finde.

Iam prodeat in conspectum Doctissimus Candidatus:

CAROLVS FRIDERICVS CONSTANTINVS

ILLEBURGENSIS

MEDICINAE BACCALAVREVS

Cui Ordo Medicorum Lipsiensis non solum idoneam, sed prorsus egregiam doctrinam, eamque promptam et paratam publice testatur. Natus est A. MDCCCLXXVIII. Patrem habuit Christianum Fridericum, nunc in ciuitate Cicensi Accisae Inspectorum; matrem Amaliam Plossiam. Puerum parentes erudientium commiserunt in principio magistris priuatis, deinde publicis in schola Cicensi: Feigio, Gelbrichtio, Schregero, Muelero. Ab his ad omnem litterarum humanitatem institutus, Academiae Lipsiensis ciuis factus est A. xcvi. Rectore Beckio. Philosophiae causa meam scholam in dialecticis, metaphysicis, ethicis frequentauit. Deinde in physice Hindenburgium, in chemia Eschenbachium, in botanice b. Hedwigium, in vniuersa historia naturali Ludwigium audiuit. Anatomes magistrum Haafium habuit, Ord. Med. Sen. Grauissimum. Physiologiam ab Hebenstreitio, Anthropologiam a me accepit. Eidem Hebenstreitio in acceptis refert pathologiam, vtramque therapiam et chirurgiam. Artem obstetriciam a Richtero, remediorum tum parandorum, tum praescribendorum rationem ab Eschenbachio didicit. A. xcviij. Vindobonam abiit, disciplina vsus non solum Petri Frankii, sed etiam Nordii, Festi, Iosephi Frankii, Renzii, Böerii, Axteri, Vehringii, Hertellii, Leseri; qui non solum voce Nostrum erudirent, sed etiam aegrorum visendorum et obseruan-

seruandarum curationum ei copiam facerent. Postremo in Academiam Fridericianam se contulit, ibique didicit Reiliana omnia. Etiam in Academia Ienenſi aliquamdiu peregrinatus eſt, vt Huſelandi ſcholam clinicam videret et, quantum per temporis breuitatem liceret, inſtitutam ab illo medendi rationem aſſequeretur. In quorum ſtudiorum ſerendis ſumtibus multum ei leuaminis attulit ſtipendium Syluerſteinianum; quod Ordinis Noſtri auctoritate in tres annos ei decretum fuiſſet. A. xcix. bis tentatus per colloquia, primum Baccalaurei ornamenta, deinde continuo poſt, habitis interim auditionibus publicis de morbis vaſorum, veniam meruit ſummum petendi artis medicae honorem. Quem cum eius non petitioni concedendum, ſed omnino dignitati tribuendum eſſe intelligeremus: diem ei diximus, qua publicam, more maiorum, diſputationem haberet. Igitur libellum de Encephalotide a ſe ipſo ſcriptum, d. VII. Febr. ab h. IX. me Praefide defendet. Tum ego, Cancellarii vice ac nomine, poteſtatem ei faciam Doctoris ornamenta capeſſendi; habita ab h. XI. breui oratione. Et ne aut legibus Academiae, aut muneri meo et officio deeſſem: huius indicendae panegyris cauſa, hanc ad Vos, Rector Academiae Magnifice, Illuſtriſſimi Comites, Vtriuſque Reipublicae Proceres, Generoſiſſimi denique et Humaniſſimi Commilitones, proluſionem publice ſcripti et ad Vos emiſi.

P. P. D. IV. p. Feſt. Epiph. c1010ccc.

LIPSIÆ,
EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

THE HISTORY OF THE
CITY OF
LONDON
FROM THE
FIRST
SETTLING OF THE
CITY
BY THE
ROMANS
TO THE
PRESENT
TIMES
BY
SAMUEL JOHNSON
ESQ;
IN TWO VOLUMES.
LONDON:
PRINTED BY
R. BENTLEY, ST. PAULS CHURCH-YARD.
MDCCLXXXIII.



Pln 598

(1743)

ULB Halle

002 043 564

3





sb

W 78

HL







ERNESTVS PLATNERVS
VNIVERSITATIS LITTERARVM
LIPSIENSIS

H. T.

PROCANCELLARIVS
PANEGYRIN MEDICAM

D. VII. FEBRUAR. MDCCC

IN AVDITORIO MAIORI

CONCELEBRANDAM

INDICIT

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS
VII. DE VENIA AETATIS OBSERVATIO.